

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1708

Auteur(s) : Urbain IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1263, 26 septembre

Lieu d'émission : Orvieto

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Bulle du pape Urbain IV à Robert de Cairbec et aux religieux du Bec les confirmant dans la possession de leurs droits et privilèges auxquels certains vassaux et tenanciers cherchaient à se soustraire, dans le désarroi qui avait suivi l'incendie.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Deville Étienne, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, Paris, Champion, 1912, n° LI, p. 45-46.

Texte établi d'après a

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii de Becco Herluini, ordinis Sancti Benedicti, Rothomagensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ex eo potissime vobis vestroque monasterio et prioratibus eidem monasterio immediate subjectis circa conservationem bonorum que in presenciarum obtinere noscuntur apostolicum adesse presidium, conveniens reputamus, quia nuper monasterium ipsum casualiter est combustum, ex quo aliquorum temeritati proberi posset audacia, nos vos, monasterium et prioratus predicta super bonis ipsis, si eorum per apostolice sedis providentiam non obviaretur appetitui noxia molestandi. Hinc est quod volentes vobis in hac parte gratiam facere specialem, vestris supplicationibus inclinati, terras, possessiones, redditus, decimas, ecclesias, domos, grangias, jura, jurisdictiones, libertates, pensiones, et alia omnia bona que vos et dicti prioratus huc usque per legitima prescriptionis tempora bona fide continue ac pacifice possedistis, vobis et per vos monasterio ac prioratibus predictis auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, vobis nichilominus et personis eorundem prioratuum, de apostolice potestatis plenitudine concedentes, ut premissa omnia retinere habere, possidere, ac ipsis uti tanquam vestris libere valeatis, eaque vobis, monasterio et prioratibus memoratis de cetero maneant perpetua firmitate subnixi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum apud Urbem Veterem, VI Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno tercio.